

test, ut eam absoluat, quo casu, si ipsa neces-
fario per Episcopū esset absoluenda in maxi-
mis angustijs constitueretur, & eius anima
inprobabili periculo collocaretur. Quam
sententiam aliquibus rationibus Theolo-
gicis, & Iuridicis sufficienter probat & con-
firmat. Et idem tenet Doctor Enriquez ubi
supra. Videatur omnino Frater Emmanuel in
Summa, loco allegato, per totum caput.

¶ Et idem in Explicatione Cruciatæ. §. 9.
nu. 69. docet per processum Bullæ Cenæ Do-
mini, non reuocari facultatē Confessoribus
concessam absoluendi pœnitentes habentes
Bullam Cruciatæ, ab omnibus casibus & cē-
suris reseruatis Summo Pontifici, excepta
Hæresi. Vide ibi. Et in additionibus ad
Explicationem Cruciatæ. §. 9. nu. 65.
sub finem.

10 ¶ Idem nobilis auctor prædicto. §. 9.
nu. 68. Docet Prælatos Ordinum Mendicā-
tium non posse absoluere suos subditos à
casibus Cenæ Domini. Sed Tom. I. qq. regul.
q. 20. art. 9. contrarium docet ex sententia
prestantissimi Doctoris Morgoviejo, Cathé-
thedralici primarij Sacrorum Canonum in
Universitate Conimbricensi, & Canonici
Docto-